


Appendicula cippus ad tumulum unionis erectus ...



Tryck // / 125 B 14 c Br. 1626

Tillkomstår 1626.

Digitaliserad år 2019



National Library
of Sweden

APPENDICULA
CIPPUS

*Hist
Kedul
Polit
(Br)*

*Ad tumulum UNIONIS erectus,
Quisquis es qui transis hoc fortè viator*

HAVE STA.

1626

*Et quid hic te CIPPUS velit discito,
Hic situs an sita sim, quis vel qua ignoro
NEUTRUM FORSAN*

Quid hoc quæris? Recte fanè,
Nam à Maribus sine Matre in tumultu va-
no sum prognata, armis initiata, prælijs dedicata,
mirum tamen est quod susceptores mei Fœmineum cor
& genus mihi assignarunt.

*Ficta putas? frontemq; trabis, anigmata Sphingis
credis? Sunt Phœbis vera magis tripode*

Me viri principes superioris Germa-
niæ ex cerebro suspicionis procreârunt, civitates sociæ
ex sacro fonte magna cum lætitia susceperunt, diffidentia cæcæ
uberibus nutriverunt simulatione auxerunt, spe per se lubrica
educarunt, & cum in flore ætatis mihi ex blandis ci-
vitatum sociarum exuvijs dotem consti-
tuere tentasset.



ANNO M. DC. XXVI.

VIATOR.
UNIO.



Cce rapiunt me fata nolentem
Monstri quid igitur es? qui vocaris
Quibus nota sum dicor UNIO LATINE
Germanis meis Union

VIA:

Es ne tu illa rerū omniū præpotens moderatrix
UNIO

VN:

Debebam quidem esse Viator, sed heu aut non
Procreanda aut meliore fide
eram colenda.

VIA:

Nunc flavit velis aura proterva meis
Enecas me. Fare age

VN:

Cum essem in infantia
fui

Peregrinis Admiratio
Adversarijs Terror
Principibus Gloria
Germanis Honor

Cum essem in Pueritia
fui

In pace & otio
in quo

Multa pericula sustinui

Crapula

Alea

Gynæceo

Multos feroces hostes fudi

Verbis

Minis

Pompa

Multos

Multos exercitus Ælevi

Hasti ludijs

Delitijs

Subditorum exuvijs

Tandem heu mihi cum essem in flore ætatis instructissime

Ferocibus equitibus

Et fortibus peditibus

Otio marcesco, delitijs enervor, imperitia decumbo

Et tandem

Cum parentes mei se satis ex marsupio susceptorum

meorum ditassent

Moguntia

Per Genuensem genere parentibus meis

imparem Mercatorem

SPINOLAM.

Conjuges fata, illustrissimis parentibus meis

& maximi cordis Principibus freta,

anticipare satagebam

Peregrinis Indignatio

Adversarijs Ludibrium

Principibus Infamia

Germanorum deducus

ENECOR

Et Heilbronnæ in ipso gremio parentum &

susceptorum meorum facta sum

NON ENS

Nimirum

Solstitialis herba fui repente orta sum occidi repente

Alta cadunt vitijs virtutibus infima surgunt

Tu vade Viator

NARRA

A 2

Prin-

Principio Principibus

Mari tranquillo quemlibet nautarum navem gubernare
posse, at ubi saeva rapitur tempestate navis non semilixa
Neq; Calone sed viro & Governatore qui adsit for-
tunæ præbenti se & oblata casu flectat ad obse-
quium opus esse.

Deinde popularibus
Fastum Adulatores
Temeritatem, Imperitiam,
Vecordiam, Odium Intestinum
Opinionem potentia
fore

Principum Supplicium
Germanorum Exitium
Dic me persuadere
Populo

Anima quæ peccavit moriatur
&

Esse dignum capistro qui nescit uti Imperio
ô mi viator valeas
& vive melioribus

Quam egomet auspicijs
Vixi annos. 13. Menses 3. Dies in Clima-
terico obij & dum vixi, vixi bene
In vino non vi fuit
Justitia mea

ANNO ÆRÆ CHRISTIANÆ cIo Ioc XXI.
In Aprili, Decubui diu
Quia lento morbo Contabui

Collo-



Colloquium

Trium Principum Wormatiæ habitum,
de Moderno rerum statu.

Ad Imitationem Cantionis:
Duodecim Presbyteri.

1.
Tres principes Imperij
Nuper convenere.
In Senatu VVormatij,
Simul & dixere:
Spinola terras nostras vult
Armis subjugare.
Qui possumus tanto nos
Bello extricare?

2.
Primus dixit Domini,
Meritò lugemus.
Quod hoc bellum cœpimus,
Meritò dolemus.
Sacerdotum tunicas
Quidem sperabamus,
Sed vix nostra pallia,
Nobis reservamus.

3.
Risimus papiculas,
Ante hoc togatos,

Illic nos ut lepores,
Rident galeatos.
Heu miseros nos milites,
Terga hosti Vertimus,
Et Civitates optimas
Illi resignamus.

2.
Sed nos tremor occupat,
Nescio unde talis,
Nisi hoc promeriti
Simus nostris malis,
Quare dicam Candide
Pacem exoptemus,
Armis enim terras has
Nunquam defendemus.

5.
Spinola Martis filius,
In armis educatus,
Victor nos prosequitur,
Nummis oneratus,

ra nostri sint
Militēs exhaustis
Unde viviant vix habent
Miseri & infausti.

6.
Alter dixit, fateor
Est res periculosa.
Mallem hosti ludia,
Quam bella hæc onerosa,
Ego non assuetus his,
Domum hinc migrabo,
Subjiciens me Cesaris
Pedibus, excusabo.

7.
Terras quas possideo,
Scitis modo quali.
Ab Austria recognosco
Titulo Feudali
Ne ergo totus peream,
Magis est consultum,
Ut arma hæc abijciam,
Ne me dicant Stultum.

8.
Non sat nobis vires sunt
Quibus hos fugemus,
Etiam nummi deficiunt
Militi quos demus,
Victus & prudentia.
Nobis quoq; desunt,
Nec est sat concordia,
Inter nos qui regunt.

9.
Mibi nimis timeo
Memor quod Hispanus
Quondam in Imperio
Eecirit insanus,
Quin in mea patria
Vetula dicit anus
Germanos esse Italos
Plures vel Hispanos

10.
Scitis quondam Saxonem
Quamvis bene armatum
Hæssorum atq; Principem
Armis superatum
Supplices ad Cesaris
Pedes esse factos,
Quid ni Spinola poterit
Nos ducere captivos.

11.
Ergo nunc displiceant,
Bella hæc amara,
Dæmones hos abripiant,
Qui suasere hæc mala.
Ego finum repeto,
Nova Uxoris Charæ,
Quæ in discessu steverat
Satis quam amarè.

12.
Holla holla Tertius
Dixit in furore:

Quicquid hic jam dicitis,
Audio cum pudore,
Puto vos Hispanico
Aurojam corruptos,
Vel lepore fugacissimo
Fugatiores factos.

13.
Licet enim fateor
Pelli me timere,
Et ideo non patiar
Armis dimicare?
Bellum tamen ut prosequar
Alia mihi causa.
Quam si nosset Unio,
Plura fuisset ausa.

14.
Cernitis ut sponte dant
Stipendia Civitates.
Maxima nobis cedunt
Dicimus solum gratis.
Hæc nostras perveniunt
Omnia ad manus.

15.
Hinc debita persolvimus,
Quibus oneramus.
Et statum nostrum gerimus
Ex his, que furamur.
Eia, Eia Domini
Bellum hoc lucrosum
Prosequi patimini,
Non est onerosum.

Adjungamus
Plebem licet
Hi defendent omnes nos.
Si hostis capere vellet
Aut si sit periculum,
Majus, retrahamus
Corpora nostra, militum
E contra opponamus.

17.
Hostis nobis fortior
Si sit, non pugnemus.
Et si sit pugnator,
Nos hinc Fugiemus,
Militēs licet caderent
Omnes uno ictu,
Stipendia nobis cedent
Absq; ense stricto.

18.
Urbes sat contenta sunt,
Magno hoc honore,
Arcas quod aperiunt
Nobis plenas ære,
Syndicos ego jam pridem
In partes has pellexi
Verbis & muneribus,
Plebs non intellexit.

19.
Stulti nequeunt capere,
Putant Religionem,

Omnes

Quis

vendere,
 esse Regionem.
 Quosdam tantū nummos
 illorum Italia.
 Quae nos faciunt summos.

20.

Non est æquum ut Rustici
 Muris his inclusi.
 Nostri jam sint Domini,
 Magis & nummosi
 Horum satis loculos
 Quando expilemus,
 Pacem puto inter nos
 Facile componemus.

21.

Hac audivit Civitas
 Una post fornacem,
 Ita ne vos Domini
 Inquit, fertis pacem?
 Video bellum geritis,
 Ex nostra hic crumēna.

Simul quoq; rapitis
 Cum nostris aliena.

22.

Et quod est miserrimum,
 Rident nos misellos,
 Et dicunt nos Urbium
 Tantum esse asellos,
 Non sic non sic, o Principes,
 Post hac faciemus,
 Nobis nostros nummulo
 Melius condonemus,

23.

Vos, si vultis gerite
 Bellum vestris nummis.
 Casarem nunc tegere
 Nostris, decet, plumis
 Eia nos decipitis,
 Nos plus ficta fronte
 Nec amplius seducitis
 Nos, modo valete.

